

### Textabdruck D O. III. 377a

Otto III. nimmt Adam, den Sohn der Teutia, in seinen Schutz, gestattet ihm nach römischem Recht zu leben und sich einen Vogt zu wählen.

Pavia, 1000 Juli 10

*Orig. Archivio Magherini Graziani (A).*

*Wiederabdruck nach Magherini Graziani, Storia S. 278:*

In nomine sanctę et individue trinitatis. Otto Dei gratia Romanorum imperator augustus. Notum sit omnibus fidelibus nostris quod nos pro Dei amore Adam cum omni sua hereditate recepimus sub nostro imperiali muniburdio cum omni iusta acquisitione eius vel acquirenda. Perdonamus etiam ei ut ad legem romanam vivat et advocatum quemcunque voluerit eligat qui pro eo respondeat et quicquid legis iura exigunt diffiniat. Si quis autem hoc muniburdium infringere temptaverit sciat se compositurum auri optimi libras C medietatem (cam)ere nostre ac medietatem predicto Ade filio Teutie suisque heredibus. (Quod) ut verius credatur hanc paginam sigillari iussimus.

Heribertus cancellarius vice Petri Cumani episcopi novit.

Data VI (idus) (iulii) anno dominice incarnationis millesimo indictione XIII anno tercii Ottonis (regnantis) XVII imperii V actum Papie.